

De Apoplexia;

Tinctura Viper. vel Castor. Mixta cum Ol. Cariophylla
ori injiciatur; mittatur Sanguis è brachio vel vena
potius Jugulari, ad Circulationem liberiorem promo-
vendam, hoc statim levamen adfert, si Sanguis vel
Lympha Stagnans amoveri possit: Enemata etiam
acriora injiciantur, que ingrediantur Crocus Metallo-
rum, Colocynth. Spir. Vin. &c. Emeticum etiam usur-
petur, speciatim si Narcotica Morbum induxerint. Sed
in hoc casu ut & in omnibus aliis semper respiciendæ
sunt ægrotantis Vires. Huc etiam spectant Sulphureo-
Aromatica, & Spiritus Salino Volatiles, quorum in ca-
pite præcedente Mentionem fecimus, Vel

2. Spirit. Salv. Rorismar. aa. 3vj. Ol. Cariophyll.
3. Spir. Cran. Human. Saccinat. 3ij; in quo digere
Cubeb. Zedoar. Nuc. Muschat. Castor. aa. 3vj. Stene
per dies aliquot deinde decant. Dosis 3. in Aq. ali-
qua Apoplectica. Conducunt etiam Alkalia fixa ad

Acidum imbibendum, quibus add. etiam Aromaticas.
Catartica hic locum habent quæ fiunt ex Extracto
Colocynth. Hellebor. nigr. Syr. e Rhamno Cathartic. Pilis
duobus Pill. Rud. & semper add. Castor Sal. Volat
Cran. Human. Fuliginis Et Vesicatoria etiam & Cucur-
bitula Scarificat & nucha Collis & Cubitis admoveantur.

C A P U T V.

*De Paralyse, Lethargo, Caro, Catalepsi,
Tremore, & Incubo,*

1. Omnes hi Morbi participant de natura Apople-
xiæ & solummodo gradu non Essentia distin-
guntur; eandem etiam agnoscunt Caulam & eandem
afficiunt partem.

2. Causa horum omnium affectuum est Lympha coagu-
lata seu quodammodo vitiata vel serum, vel Sanguis ex-
travasatus, vel similis quedam materia Heterogenea

18 C A P U T VI.

poros cerebri vel ejusdem appendicis invadens, unde influxus Spiritum Animalium inhibetur, vel eorum radientes emanationes obtunduntur, &c.

3. Therapeia omnium horum affectuum speciatim consistit in reseratione pororum *Cerebri*, & procuratione liberoris transitus Spiritum Animalium, undē utendum est omnibus quæ præscripsimus in Curatione Morborum, de quibus hactenus egimus; omnia enim illa remedia simili modo & hic & in cunctis affectibus Soporosis, usurpanda veniunt.

C A P U T VI

De Phrenitide, & Comate Vigili.

1. *Phrenitis* est inflammatio Cerebri & Membranarum ejusdem, una cum febre acutiori; sed *Coma* est sine febre.

2. *Phrenesis* est vel *spuria* vel *vera*; *spuria* plerumque contingit in febribus biliosis: *vera* est totalis membrorū eradicatio adeo ut *Æger* omnia Oblivioni tradat: & hæc differt tantum gradu à *Comate*.

Adest irregularis Loquela, & puerilis Iusus cum plumis, straminibus, &c. Oculi videntur magni & excitati, sunt etiam vertiginosi, & delirant.

3. *Causa* est bilis maximè Volatilizata quæ ad Globosam cerebri partem evecta Spiritus Animales accedit, in furorem & confusionem concitat. Omnes Meditationes seriæ & profundæ, curæ, studia, mæror. ira, &c. sunt causæ antecedentes, quoniam bilis exasperant, Spiritus Animales exagitant & accidunt, &c. Omnes dolores, si vehementes, possunt etiam causæ vicem sustinere.

4. *Phrenitis* sœpissimè est Lethalis, præsertim si sequentibus Symptomatis stipetur, nempe, stridore dentium, motu Lingue & manuum tremulo, dejectionibus

De Phrenitide, &c.

nibus albis, Urina tenui alba, *Convulsionibus*, *Stule-*
tis & *Ludicris actionibus*, ut *plumarum collectio-*
nibus in *ledo*, &c. Sed si post statum Morbi Sym-
promata minui videantur, maxima affulget spes.

Coma procedens ab *Ira*, labore, studiis, sollicitu-
dine, &c. facili negotio curabitur.

5. *Therapeia Ven& sectione celebrata*, injiciantur
Enemata refrigerantia, idque frequenter. *Vomitoria*
maxima cum cautela exhibenda sunt, mitiora autem
lenitiva, ut *Eleet. Lenitiv. Diaprun. pulp. Tamarind.*
prunor. &c. conducunt. *Omnia Aquea & Acida val-*
dè sunt efficacia in spiritibus debaccantibus compe-
scendis & ad statum naturalem reducendis. Ex. gra-

(1) *2f. Aq. Endiv. Primul. ver. Rosar. aa: 3ij. Spi-*
rit. Nitri gut. 4o. Syr. papaveris Rhaed. 3j. M. vel

(2) *2f. Aq. Acerosell. Lactuc. aa. 3iv. Syr. Diamor.*
Dianca. aa. 3j. Spirit. Nitri Dulc. gut. 3o. M. Con-
veniunt etiam ad bilem temperandam Emulsiones fa-
cetæ ex semin. frigid. cum aquis hisce Destillatis vel
Aq. Hordei. Externè Anodynæ refrigerantia Capiti ap-
plicari possent, ut Papav. Nympha lactuc. Germin-
popul. primula ver. portulaca Cucurbita sativa, Sola-
num, flor. Rosar. fol. violar. quibus add. Camphor.
Mosch. Ambragrysea, & si opus sit, Opium. Si hæc
(supra præscripta) non juverint, propinanda sunt
Opiaria internè, speciatim in Comate, sed in Phrenesi
cautè exhibenda sunt (semper incipiendo à minori
Dosi) idque potius in febris declinatione, quam aug-
mento.

CAPUT VII.

De Melancholia,

Melancholia est Delirium sine febre, ortum à
Spirituum Animalium hebetudine,

ii
C A P U T VII.

2. Si ejus præcipua sedes in Capite sita sit, dicitur *Cephalica*, si inferius in Abdomine, dicitur *Hypochondriaca*.

3. *Causam* in hoc consistere autumamur, quod Spiritus Animales qui in seipsis sunt maximè subtiles, & purissimi Tincturam quandam acidam recipiunt in fonte suæ Originis, unde hebescunt & quasi Cæci & Caliginosi evadunt, & cum adèd inertes fiant, in vias quasdam devias incident, & quocumque se conferant ibi hærent saltem nimium ibidem morantur, unde oriuntur Monstruosæ illæ imaginationes, earumque adèd Diutina remanentia in Animis ægrotantium.

4. *Signa* præcipua sunt *Timor*, & *Moror*. Sed præterea adsunt quandoque & alia: quidam enim uberrimas fundunt Lachrymas, alii autem altos & pueriles tollunt Cachinos, quidam seipso imaginantur altiori gradu Locatos quam ipsos reges, dum alii se bufo ne viliores fatentur, quidam prophetas agunt, & omnia sua effata pro oraculis tradunt, alii autem omne quod ore protulerint pro mendacio vendicant, multi se malo quodam genio præpossessos autumantur, & non desunt etiam qui violentas sibi injiciunt manus.

5. Hic morbus semper est Chronicus, & si Delirium adst̄ ext̄remum, & inveteratus sit morbus, raro aut nunquam emergunt.

6. *Curatio* consistit in volatilizando Spiritus Animales & expediendo ab acido illo eosdem obtundente & obfuscante, in quem finem frequenter instituatur *Sanguinis Missio* ex venis Sedalibus & quandoque in Brachio, intereà utatur æger *Sal: Volar. Oleof.* quale præscripsimus dum de morbis Soporiferis agebamus. Subinde etiam *Emetica* (qualia vulgo ex *Antimonio* præparamus) bono cum successu usurpantur. Conducunt etiam *Enemata Preparativa*, quæ nempè *Catharticis* viam sternant, ipsa autem *Cathartica* fiant ex *Extract. Hellebor. nigr. Extract. Colocynth. Extract. Rudii. Pill. de Succin. Tartari Diasen. Hierapiera Elix. Proprietat fact.* cum *Tinctura Antimonii* & propinat. a xx. ad Lx. gut. in *Elix. Salur.* vel *Decoct. Epithymi*. Hæc autem vel similia bis vel ter per septimanam propin-

nati.

nanda sunt, profundunt etiam Absorbentia ad Acidum imbibendum, ut Oculi Cancrorum. Coral. Margarit. &c. etiam Chalibeata, ut Virriolum Martis & ejusdem Tinctoria; & Tinctura Salis Tartari, & Antimon. Ens Venneris, &c. pro vehiculis utendum est Decoctis vel Aq. destillatis Fumaria Serpill. Amar. Dulcis, Jero Lactis, vel. Aq. acidulus. Cavendum in hoc affectu ne nimium insistatur in usu unius remedii (nisi universalis fuerit:) omnia autem supra praescripta in usum sunt revocanda pro prudenti Iudicio Medici, & morbi exigentia.

CAPUT VIII.

De Mania.

1. **M**ania est Delirium sine febre, sed cum furore & precipitantia, ortum à depravatione Spirituum Animalium.

2. Quod ad Causam attinet, nos VVillisi sententiae calculum nostrum adjicimus, quod nempè Spiritus Animales à benigna & propria indole in aliam malignam & depravatam degenerant, quæ maligna qualitas originem suam trahit vel ab ipsis Spiritibus Animalibus, ut ex passionibus violentis, terroribus, & ex spe rei alicuius deoptatæ subito & improviso frustrata, vel ex mōrbis in cerebro præexistentibus, ut Melancholia, Phrenitide, &c. Vel oritur hæc malignitas à vitio Sanguinis, ut quando Hæreditaria est, vel quando fermenta venenata Sanguini insinuantur, ex morsu animalium Rabidorum, toxicorum quorundam assumptione, &c.

3. Symptoma vulgaria sunt Delirium & furor. Sed & insuper Maniaci maximè sunt audaces & feroce, contumaciously vigilant, robore incredibili pollent, perforunt etiam intensissimum frigus, plagas severissimas, inediam sum.

summam sine ulla noxæ conscientia; incessanter etiam simiarum æmuli ludicros & pueriles exercent actus, semper scelus aliquod machinantur: & licet Mitiorem præ se ferant Indolem, nisi Durioribus manibus & vinculis coerceantur, indomiti evadunt.

4. Simili modo & in Melancholia & in Mania afficiuntur Spiritus Animales, facultas Ratiocinativa, &c: & sæpiissimè hi duo affectus vices inter se invicem commutant.

5. Mania sola raro est Lethalis, attamen nunquam non difficilis Curatu, speciatim si Hæreditaria sit, vel inveterata; vel si morsui Animalis Rabidi originem suam debeat: sin autem leviora adsint Symptoma, Febris, Hemorrhagia &c: & si recens sit, facilius curatur.

6. Quod ad Therapeiam attinet. Äger rigidos quosdam magistros sibi præpositos habeat, quos formideret, & quibus parere assuecat; amoveantur omnia alia objecta quæcumque quæ illi bilem movere apta nata sunt, vel quæ vexationem aliquam insignem producunt. Custodes etiam & illi quorum ferulæ subjicitur, jucundo aliquo sermone ejus animum divertant, & blandis pollicitationibus illum demulceant, dum mitior existit: sin autem extra oleas vagari incipiat, minas acerbissimas intonent. Cum tamen affectus hic Spiritualis sit, & in fonte animali situm obtineat, alia prorsus ineunda foret Methodus Curatoria quam hic proponimus, adeoque hanc nostram Méthodum pro optima non vendicamus, sufficit tantum hanc substituisse pro præsenti, donec demonstratio magis evidens effulserit in meliori illa methodo quam jam insinuavimus.

Ad quam Curam inchoandam fiat Venæctio sexto quoque vel octavo die reiteranda in venis Hemorrhoidalibus, Pede vel Brachio: Vomitoria etiam vicissim repeatantur: Ex. gr.

(1) 2f. Ent. Vener. Tart. Emetic. aa. gr. viij. M. pro unica Dosi: vel substituarur hoc VVillifii,

(2) 2f. Sulph. Antimonii gr. x. Cremor. Tartari ðb. misce Vel,

(3)

De Mania.

15

(3) 2f. Vin. Heilebor. 3j. Tart. Emetic. gr. iiij. misce pro una Dosi.

Cathartica etiam quarto quoque vel quinto die alternatim intercalanda veniunt, ut

(1.) 2f. Extract. Hellebor. nigr. 3ij. En Ven. 3j. Tart. vitriolat. gr. viij. f. bol. Vel,

(2.) 2f. Extract. Hellebor. nigr. pulv. Colocynth. Mercurii Dulcis, aa. 3j. M. f. Pill. pro una Dosi.

Vel,

(3.) 2f. Decoct. Epithymi 3iv. Diasenna 3ß. Misce: Nota bene omnia hæc evacuantia exhibenda esse cum respectu habito ad vires ægrotantis; hoc tamen observavimus quod Melancholia vel Mania affecti plerumque fortiora requirunt Evacuantia, & melius ferunt, quam in aliis affectibus. In intervallis etiam Alterantæ specifica suas præstant vices: omnium ferè Authorum scripta hujusmodi scatent præscriptis; nos quæ maximè efficacia novimus pro exemplis proponemus.

(1.) 2f. Ent. Vener. Bezoard. Lunar. ad. 3ß. Cov. serv. flor. primul. veris 3j. fiat bolus.

(2.) Regul. Antimon. Dissolut. in Ol. Vitriol. 3 iv. Limatur. Chalybis 3j. quibus adde Aq. Serpill. 15. 3ß. Diger. aliquamdiù & deinde decant. Dos. 3j. pulveris autem 3ß. Vel,

(3.) 2f. Spirit. Sal. Armoniaci 3iij. Ol. Vitriol. 3ii. misce guttatum. Dosis 60. gut. sæpius. Vel,

2f. Ent. Vener. à 3ß. ad 3ß. Hæc remedia exhiberi possunt in sorø lactis, Aq. Acidulis, Decoct. ex summittatibus Hyperic. Sangvisorb. Amar. Dulc. Violar. Borrag. &c. Si nullum horum levamen adferat, & deficiat somnus, usurpentur Opiata, quæ fermentanda sunt, & exhibenda una cum Camphora. Sunct. & innumera alia remedia, ut Sanguis Canis, Leporis, Hominis trepidi, Asini, &c. Sed si ex supra præscriptis in usum adhibitis nullum proficit, incassum alia adhibentur, nam desperata est causa.

CA-

CAPUT IX.

De Catarrho.

1. **C**atarrhus est affluxus lymphæ vitiatae in ullam partem Corporis humani; dolorem & aliquando tumorem causans.

2. Signa sunt affluxus seri ad Nares & oculos, sternutatio, stimulatio in Larynge, intumescentia Amygdalarum, quam subsequitur Raucedo, infarctus Bronchia, tussis, & plerumque febris, quandoque haec materia Catarrhalis tenuis est, acris, & biliosa, inflammationes producens, & dolores acutos pungentes in diversis Corporis humani partibus; quandoque, crassior est, viscida & pituitosa, producens Hebetudinem; febres intermittentes, Scorbutum, Hydropeum, &c.

3. Causa est nimium Lymphæ in Corpore extravasata, quæ cum in partes membranofas vel muscularas defertur variis Generis dolores excitat, prout nempe est vel *Acida*, *Salina*, *Acris*, &c.

Causa accidentales quandoque accessendæ veniunt à commestione intempestiva, compotatione inordinata, præcipue autem ab externo frigore (maxime cum Lympha in fluxum concitatur) quo pori constipantur & transpiratio inhibetur,

4. Si materia haec Catarrhalis parva Quantitate affluat, & nullam participet Acrimoniam, & solummodo in Nares decidat, facile Curatur: Sin autem extravasata hæreat in Maxillis, Amygdalis, vel Larynge pejus se habet, sed si in Pulmone, pessimò in statu sunt Ægri, præcipue si Limpha copiose affluat, & acris sit, si Æger proiectiori gaudet ætate, vel si tussi, Astmati, Phthisi, &c. obnoxius fuerit.

(1)

(1.) *Curatio.* Si materia sit tenuis & acris , & menetatur *Fabris* imminens conduceat in principio *Diaphoretica* , & *Bezoardica* exhibere : & pro potu ordinario .

U. Ag. Hordei lib. iv. Syr. Papav. Rheados ʒiv. Ol. Sal. vel Sulp̄. q: f. ad gratam Aciditatem : M. ex usu hujusmodi Medicaminum Ægrotans citissime restituetur , sicut frequentissime experti sumus .

(2.) Sin autem procedat à *Lympha* vitiata , vel *Stomaco* impuro , & oppresso ex nimia Commestatione , perpotatione , & hoc in Casu primo purgetur *Ventriculis* ope *Emeticilicujus* , & laxetur *Alvus* ope *Elect. Lenitiv. Diaprun. &c.* vel si hoc serum extravasatum usque adeo sit acre , ut *inflammationes* , *Rheumatismos* , *Arginam* , *Pleuritidem* , &c. producat , admittenda est *Venæsectio* ; & partes dolore affectæ foveantur cum *Sal. Volat. Oleos.* quæ & intus assumpta cum *Diacod.* vel *pauxillo Laud. Liquid.* plerumque curationem perficiunt ; quandoque etiam *Spirit. Nitre Dulc.* conduceat .

Si materia sit crassa , hebetudinem Causans , &c. Omnia *Volatilelia* penetrantia & acutis gaudentia partculis requiruntur : ut *Sinapi* , *Ros. Solis* ; *Rad. Ari* , *Enula Campan. Iridis* , *Fanicul. &c.* & omnia *Alkalia* æque *Fixa* ac *Volatilelia* .

Si seriat stagnatio circa pulmones contingat , & exinde suffocatio aut prægravis infarctus oriatur , conduceat etiam *Venæsectio* (quamquam & hoc remedii genus mihi non sit Cordi) Ipatium enim parat reliquæ Massæ ad alacriorem circulationem peragendam , in hoc etiam Casu non negligenda *Sal. Volat. Urinosa* una cum *Gum. Ammoniac.* vel *Myrrha* ibide dissolutis . Ex. gra.

U. Spirit. Fuligin. Succin. Sal. Armonia. az. ʒij. Gum. Ammoniac. ʒj. M. & exinde eliciatur *Tinctura* . Dosis ad gut. 40. in quolibet liquore convenienti . Convenient hic etiam *Absorbentia* ut , *Or. Cancror. Teste. Testudin. Bezoard. Antimon.* & similia , quibus add. *Milleped. Lumbric. Terrest. Salia Lixivialia* , & hujusmodi alia quæ serum superabundans evacuant , vel per *Diuresin* , vel per *Diaphoresin* . Hæc supra nominata nullis fere remediis cedunt in *Catarrho* inveterato curando .

CAPUT IX.

In ruffibus utendum est Balsamis Oleis expressis rea mediis Mellitis vel Saccharo imprægnatis, & si materia tenuis sit & Acris Opia exhibenda sunt: Maxima autem cautela adhibenda est ne n̄tmium liberaliter insistatur in usu Bechitorum, præcipue autem opiatorum.

Externè Cucurbitula, Vesicatoria, Fonticuli, Emplastrum, Lavamenta, &c. in usum revocanda sunt: sed semper ex Consilio prudentis Medici.

CAPUT X.

De Angina.

1. **A**ngina est inflammatio in Musculis Laryngis & Æsophagi, Tonsillis, Palato vel Maxillis, tina cum Tumore dolorofō, quandoque interno quandoque externo.

2. Dividitur in quatuor species.

(1.) Prima est Cynanche, quando musculi interni Laryngis inflammantur sine magna intumescentia.

(2.) Secunda dicitur Synanche quando adest Tumor respirationi officiens.

(3.) Tertia est Paracynanche quando Musculi externi Laryngis afficiuntur sine tumore apparente.

(4.) Quarta est Parasynanche quando inflammantur Musculi externi faucium una cum tumore.

3. Signa sunt respiratio & Deglutitio difficilis, Rigidas Colli, Dolores pungentes & comburentes (quasi circa Maxillas) quandoque etiam periculum suffocationis, & plerumque febris.

4. Causa est Sanguis commixtus vel saltem occurrens Lymphe vitiōse in meatibus suis anterioribus, undē evadit grumosus, & tubuli obstruantur, adeò ut stagnatio insequatur, & exindē fermentum aliquod acescens acquirat, undē manant symptomata hactenus descripta.

2. Ap.